# Capitulū quintū.

intra claustra bone volūtatis inclusa sit: corpales actus nr̄os abscōdē pos-sumus Si aūt p vanas cogitationes fuerit euagata nihil pdest corporales actus abscōdere ꝙ sic abscōdimus vt amplius publicemus

**Et pater tuus qui videt ī** abscōso: reddet in manifesto] Vide ꝙ abscōsuz cordis nō locū significat Deus enī in abscōso cordis est. nō in abscōso loco Cōsidera ꝙ nō iō voluit nos deus in abscōso facere. vt nō appareat opus nr̄m. Alioqn quō dicit: Sic luceat lux vestra corā homi-bus vt videāt opa vestra bona ⁊ magnificent prē z vr̄z qui ī celis est? Sz vt ipe id ōndat Nā gratius ē oē bo-nū qđ a nobis abscōdit. a deo āt ostēdit Nā si tu te ipm ōndas. pauci sūt qui te laudent. i. qui nō intelligant ꝙ tu latere potueris. qui aūt intellexerit vitupat magis nō laudat Si aūt deus ostendit: nemo vitupat. nisi forte malus cui displicet bonus Imposs-bile enī est vt bonū opus hoīs in ab-scōdito dimittat deus. sz in hoc secu-lo manifestat. ⁊ in illo glorificat. quia gloria est dei Sicut aūt opus maluz hoīs ad gloriā diaboli est. in eo enim malicie eius virtus ostendit sic ⁊ o-pus bonū gloria dei est. in eo enī glo-ria eius ōnditur Sicut ergo diabolus qui suggerit malū fieri. ipe manifestat malū vtputa adulteriū facere ⁊ ipse manifestat adulteriū Homicidiū ipe suggerit: ⁊ ipse publicat homicidium Sic deus qui dat bonū fieri ipe pu-blicat oē bonū in māifesto. i. in seculo illo. ꝙ hic merces iusticie manifestā n̄ pōt esse. Puta p bono ope tuō si te fecerit diuitē: qm̄ hic nō solū boni. sz etiā mali diuites sunt. magis aūt mali q̄ boni: iō merces iusticie in diuitibus nō apparet Si tibi dederit hēe filios ⁊ filios filiorū: ⁊ in his bonis indiffe-renter ⁊ boni ⁊ mali inueniūtur ⁊ iō in his merces iusticie manifesta n̄ potest esse Et oē bonū qđ est in seculo desiderabile: īter bonos ⁊ malos cōe est. iō si bonis datū fuerit nō apparet Illius aūt seculi bona iā nō sunt cō-munia inter bonos ⁊ malos sz tantū bonorū Iō cuicūqz illic bn̄fecerit deus manifestū est: ꝙ p mercede iusticie sue meruit illud bonū: nisi forte sic in hoc mūdo reddit in manifesto. faciēs eū oībus manifestū ⁊ glorificās eum vt oēs cognoscētes eū dei hoīez eē: venerētur eū Aut si sm opa estimet ⁊ status bonorū mūdi istius. vtputa multi incurrūt ī mala ⁊ boni ⁊ mali in seculo isto. Vn̄ ītelligimus quis tentatur ī eis q̄si bonus: ⁊ quis punitur q̄si malus scđm opera? Si cuius opa videmus bona scimus ꝙ tentat q̄si iustus. cuius aūt mala. dicimus quia punit in eis q̄si peccator Sic ⁊ bona mūdi videmus ⁊ pcc̄ores habere: et interdū iustos. ppterea sm opa ē manifestū qm̄ malus si bona in hoc mundo fuerit consecutus: dicimus ꝙ nu-tritur hic iniquitas eius. vt illic inte-reat grauius Si aūt bonus: dicimus ꝙ reddidit ei deus mercedē iusticie eius.

# Capitulū sextū

**Et cuz oratis**

Nō eritis sicut hypocrite qui amāt stare in synago-gis] De orone nobis est sermo quā solā q̄si spūale tributū aīa offert deo de visceribus suis Oēz ei iusticiā quā facit homo: sm potentiā suā facit ⁊ de potentia su a pfert Solā aūt oratio-nē sm fidē suā facit ⁊ ex fide sua pro fert Vis aūt scire q̄ pciosa sit oratio? Nulla iusticia thymiamati assimilat nisi oratio sola sicut in reuelatione io